

III.

Eelbearht, rex occidentalium Saxonum seu Cantuariorum, vendidit Waermundo episcopo xx aeras terrae et unum vinculum duxidum civitatis Strobi et unum mansum, pro ejus pecunia, xv pond. et xxx mancuso (*sic habetur in charta*) anno 790. Subscribunt **Erdelbearht rex**; **Crolnolth archiepiscopus**,

A Eulstan, Swiþun, Guthheard, Dioruulf episcopi; Etheldred et Ælfred filii regis; Uilla, Uurseib, abbates; Uulthem presbyter; Uuerenberth et Celmund ministri; Eannulf, Oric, Uulhere, Aetheluulf; Ilmbeard, Uilla, Aldred, Æthelred; Fryhtwald et Biorhtuulf duces.

DECRETUM

DE REBUS DEI ET ECCLESIAE NON ABSTRAHENDIS

(Wilkins, Legum Veti. Anglor. Collect. t. I, p. 1.)

Hac sunt judicia quæ Ethelbertus rex constituit Augustini diebus.

I. **D**ei peculium et Ecclesiæ dodecies emendatur; episcopi peculium undecies emendetur; sacerdotis peculium novies emendetur; diaconi peculium

B sexies emendetur; clerici peculium ter emendetur, ecclesiæ c pax bis emendetur; monasterii d pax bis emendetur.

E Ethelbirhtus. **E** Ethelbirhtus rex, secundum **F**atuo Savilianos, regnare coepit anno Christi 561. Desist anno 616. **M**almesburiensis et Beda scribunt illam excessisse post recepiam Christi fidem anno 21. Beda anno 613 (qui est 616 juxta chronologiam Saxoniam) eum obiisse dicit, lib. n Hist. Eccl. c. 5, ubi inter alia sic de eo loquitur: « Inter cætera bona quæ genti sue consulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum juxta exempla Romanorum cum consilio sapientum constituit, quæ conscripta Anglorum sermone hactenus habentur et observantur ab ea. In quibus primitus posuit qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel ecclesiæ, vel episcopi, vel reliquorum ordinum, furto auferret, volens scilicet tuitionem eis quos et quorum doctrinam suscepserunt præstare.

Dei peculium et Ecclesiæ. De sacrilegio et furto prior legis hujus pars intelligenda est, quod nempe res, Deo, Ecclesiæ, etc., dicatae, si furtim auferuntur, sint compensandæ. Rex Ælfredus infra, lege 6, sacrilegium cum multa juxta valorem compensari, et præterea aut manum furiis abscindiri, aut juxta capitis astimationem hominis illius eam redimi vult. In jure civili, Paulus jurisconsultus, L. Sacrilegii 9, ad I. Jul., pec., lib. xliii. P. tit. 15: « Sacrilegi, inquit, capite puniuntur, qui publica sacra compilaverint; at qui privata sacra aut aediculas incusioditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi uerentur. » Sacrilegi poenam monet statui debere pro qualitate personæ, proque rei conditione, et temporis, ac ætatis et sexu, vel severius, vel clementius; et statim profert varias olim indicias poenas, aliosque sacrilegos ad bestias damnatos, alios vivos exsos, alios furca suspensos ait. In jure canonico, qui res ecclesiasticas Deo dicatas abstulerit, infamia judicabatur, anathemate seriebatur, vel excommunicabatur. Decret. Gregor., c. 12, q. 2. In jure Gothicó et Scanicó gravissima poena furibus infligitur, suspenditum neque absque defensione hominis furti accusati; sacrilegis autem nulla specialis statubatur pena. Vid. Siernook de jure Sueon. et Goth. retusto, p. 368 seq. In legibus provincialibus boderni regni Sueciæ, sacrilegus solvet episcopo multam trium marcarum pro violatione pacis ecclesiastice; pro furto autem plectetur secundum leges provinciales. In templo vel cœmitorio non fruatur pace, quia contra eam deliquit. Loccen. Leg. civ. regni Sueciæ, tit. de jure eccles. cap. 48, p. 501. Apud Danos levis pena furibus determinatur, ut legitur lib. vi Juris Danici, c. 17, die Typeri, cæ-

sio virgarum, vel restitutio simplex aut duplex rei furtim ablata, et **B**remmerholm, hoc est, ergastulum nauticum: effractor autem ac spoliator thecae nummariae, capsæ, vel armarii in templo reperti, latronis instar, rota et palo punitur; qui autem e templo res clavibus non servatas spoliaverit, in furcam suspenditur; qui autem res viliores rapuerit, ad palum virginis cæsus, æternis et vinculis et laboribus punitur. Vid. lib. vi Juris Dan., c. 16, § 4. De sacrilegiis Theodoricus rex in edicto suo, cap. 126, ait: « Si quis de ecclesiis, id est, locis religiosis, homines traxerit, vel aliquid violenter crediderit auferendum, capite puniatur. » Juxta legem Friorum 12, qui finum effregerit, et ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare, et in fabulo, quod accessus mari operiri solet, flinduntur aures ejus, et castratur, et immolatur diis quorum tempia violavit. Vid. Lindenbrog., Cod. Lt. antiq. tom. I, pag. 503. In constitutione Childeberti regis, sacrilegia a servi persona patrata centum iugis flagitorum puniuntur. Vid. Capitul. reg. Franc. per Steph. Baluz., tom. I, p. 7. In Capitulariis Caroli et Ludov. imp. lib. vi, c. 304, ita de sacrilegiis exstat: « Si quis, in ecclesiis earumque res irruens, sacerdotibus et ministris, vel ipso cultui locoque aliquid importet injuria, vel inferat ad divini cultus injuriam, in convicios sive confessos reos capitali sententia noverit vindicandum. » Et in Canonibus Isaaci episcopi Lingonensi, tit. 7, sacrilegi infames dicuntur, nec ad accusationem vel testimonium admitti debent. Vide Capitul. reg. Franc., tom. I, p. 1267 seq. Conf. Droconis sententiā hac de re in appendice Actor. veter., cap. 146, tom. II Capitul. Baluz., p. 154.

C Pax ecclesiæ. Hoc est, si rixæ vel contentiones in ecclesia

d Monasterii pax. Quod de pace ecclesiæ diximus, idem de pace monasterii dicendum est, quod nempe juxta honorem et valorem ejus quælibet violatio pacis dupliciter compensetur. In Constitutionibus sub Æthelredo, anno 101, editis, hæc de violatione pacis monasterii statuitur lex: « Violatio pacis monasterii primari cum rebus excusatione dignis excusat, juxta picem regiam; hoc est, v libris secundum legem Anglorum, et mediocris monasterii cxx solidis, hoc est, juxta multam regis; et adhuc minoris lx solidis, et campestris ecclesiæ xxx solidis. »

ctus Christicola, tradidi Deo per ipsum antistitem aliquam partem terræ juris mei, sub orientali muro civitatis Dorobernæ, ubi scilicet per eundem in Christo institutorem, monasterium in honore principum apostolorum Petri et Pauli condidi, et cum ipsa terra, et cum omnibus quæ ad ipsum monasterium pertinent perpetua libertate donavi, adeo ut nec mihi, nec alicui successorum meorum regum, nec ul'i unquam potestati sive ecclesiastice, sive seculari, quidquam inde liceat usurpare, sed in ipsius abbatis sint omnia libera ditione. Si quis vero de hac donatione nostra, aliquid minuere, aut irritum facere tentaverit, auctoritate beati papæ Gregorii, nostrique apostoli Augustini simul et nostra imprecatione, sit hic segregatus ab omni sanctæ Ecclesie communione, et in die judicii, ab omni electorum societate. Circuncingitur hæc terra his terminis. In Oriente ecclesia sancti Martini, et inde ab Oriente, *besiwenidoune*, et sic ad Aquilonem, *be wkyngmearch*, iterumque ad Orientem et ad Austrum, *be buregaremearch*; et sic ad Austrum et Occidentem *be kyngesmearch*; item ad Aquilonem *be kyngesmearch*, siue ad Occidentem *to Ritherechepe*, et ita ad Aquilonem *to dryttingstrete*. Actum est hoc in civitate Derobernæ, anno ab incarnatione Christi 605, indictione 6.

Ego Athelbertus rex Anglorum hanc donationem meam, signo sanctæ crucis, propria manu confirmavi. Ego Augustinus, gratia Dei archiepiscopus, libenter subscripsi. Ego Edbalus, regis filius, favi. Ego Hamigisilus dux laudavi. Ego Hocca comes consensi. Ego Augemundus referendarius approbavi. Ego Graphio comes b' nedixi. Ego Tangisilus, regis optimas, confirmavi. Ego Pinca consensi. Ego Geddy corrobavi.

Rex Anglorum Athelbertus misericordia omnipotentis Dei catholicus, omnibus suæ gentis fidelibus, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, beata spe exspectantibus, salutem vitæque æternæ beatitudinem, largiente summi Regis clementia. Ego Athelbertus in solio paterno confirmatus, paceque divinitus concessa, eo jam per decem quinquennia sceptrigera potestate potius, et per Venerabiles sacra fidei doctores Spiritus sancti gratia irradiatus, ab errore falsorum deorum, ad unius veri Dei cultum toto corde conversus, ne ingratis beneficiorum appaream illi a cuius sancta sede nobis in regione umbræ mortis sedentibus lux veritatis emicuit, inter alias quas fabricavi ecclesias monitu et hortatu beatissimi papæ Gregorii et sancti patris nostri Augustini, ipsi beatissimo apostolorum principi Petro et doctori gentium Paulo monasterium, a fundamentis construxi, illudque terris variisque possessionum donariis decorare studui, inibique monachos Deum timentes aggregari feci, et cum consilio ejusdem reverentissimi archiæ, ræsulis Augustini, ex suo sancto sanctorum collegio venerabillem virum secum ab apostolica sede directum. Petrum monachum elegi, eisque, ut ecclesiasticus ordo exposcit, abbatem preposui. Hoc igitur monasterium ad proiectum debiti culminis promovere

A desiderans, suorumque possessionum terminis dilatare gestiens, sana mente integroque consilio, cum Edbaldi filii mei aliorumque nobilium optimatumque meorum consensu, ob redemptionem animæ meæ et spem retributionis æternæ obtuli ei etiam villam nomine Sturiga alio nomine dictam Cisteli cum omnibus redditibus ei jure competentibus, cum mancipiis, silvis cultis vel incultis, pratis, pascuis, paludibus, fluminibus, et contiguis ei maritimis terminis eam ex una parte cingentibus, omnia, mobilia vel immobilia in usus fratrum sub regulari tramite et monastica religione inibi Deo servientium: missurum etiam argenteum, scapton aureum, iterum sellam cum freno aureo, et gemmis exornatam, speculum argenteum, armilaçia closerica, camisiam ornatam, quod mihi B xenium de domino papa Gregorio sedis apostolice directum fuerat, que omnia supradicto monasterio grataranter obtuli. Quod etiam monasterium ipse servus Dei Augustinus sanctorum apostolorum, ac martyrum reliquis variisque ecclesiasticis ornamentis ab apostolica sede sibi transmissis copiose dictavit, seseque in eo et cunctos successores suos ex autoritate apostolica sepeliri præcepit, Scriptura dicente « non esse civitatem mortuorum, sed vivorum. » Ubi etiam mihi et successoribus meis sepulturam providi, sperans me quandoque ab ipso apostolici ordinis principe cui Dominus potestatem illigandi atque solvendi de lit et claves regni celorum tradidit, a peccatorum nexibus solvi et æternæ beatitudinis januam intro luci.

C Quod monasterium nullus episcoporum, nullus successorum meorum regum, in aliquo ledere aut inquietare presumat, nullani omnino subjectionem in ea sibi usurpare audeat, sed abbas ipse qui ibi fuerit ordinatus, intus et foris cum consilio fratrum secundum timorem Dei libere eum regat et ordinet, ita ut in die Domini dulcem illam piissimi Redemptoris nostri vocem mereatur audire dicentis: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constitutum: intra in gaudium Domini tui.* Hanc donationem meam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, largitate divina ut milii tribuatur peccatorum remissio, per omnia, cum consilio reverentissimi patris Augustini, condili, idque ad scribendum Augemundum presbyterum ordinavi. De his ergo omnibus quæ hic scripta sunt, si quis aliquid inde minuere presumpserit, sciat se æquissimo iudici Deo et beatis apostolis Petro et Paulo rationem esse redditurum. Confirmata est hæc donatio presentibus testibus reverentissimo patre Augustino Dovernensis Ecclesiæ archiepiscopo primo, Mellito quoque et Justo Londonicæ, et Ronfensis Ecclesiæ presulibus, et religioso fanulo Christi Laurentio presbytero, Ebaldo filio meo, Hamigisilo duce, Augemundo referendario, Hocca et Graphione comitibus, Tangesilo et Pinca et Geddi et Aldhuno regis optimatibus, aliisque plurimis diversarum dignitatum personis. Actum sane quadragesimo quinto anno regni nostri, sub die v Idus Januarii.

III.

Ætelbearht, rex occidentalium Saxonum seu Cantuariorum, vendidit Waermundo episcopo xx aeras terrae et unum vinculum dimidium civitatis Strobi et unum mansum, pro ejus pecunia, xv pond. et xxx mancuso (*sic habetur in charta*) anno 790. Subscribunt **Æ**rdelbearht rex; Crolnolt archiepiscopus,

A Eulstan, Swiþun, Gouthheard, Dioruulf episcopi; Ettheldred et **Æ**lfred filii regis; Ullaf, Uurseth, abbates; Uulthem presbyter; Uuerenberth et Celmund ministri; Eannulf, Oric, Uulhere, Aetheluulf; Humbearht, Ullaf, Aldred, **Æ**thelred; Fryhtwald et Biorhtuulf duces.

DECRETUM DE REBUS DEI ET ECCLESIAE NON ABSTRAHENDIS

(Wilkins., Legum Vet. Anglor. Collect. t. I, p. 1.)

*Hac sunt judicia quæ * Ethelbertus rex constituit Augustini diebus.*

I. **Dei peculium et Ecclesiae dodecies emendatur; episcopi peculium undecies emendetur; sacerdotis peculium novies emendetur; diaconi peculium**

B sexies emendetur; clerici peculium ter emendetur, ecclesia **c** pax bis emendetur; monasterii **d** pax bis emendetur.

* **E**thelbirhtus. **Æ**thelbirhtus rex, secundum **F**abius **S**avilianos, regnare coepit anno Christi 561. Desiit anno 616. **M**almesburiensis et **B**eda scribunt illam excessisse post receptionem Christi filiem anno 21. **B**eda anno 613 (qui est 616 juxta chronologiam **S**axoniam) eum obiisse dicit, lib. II Hist. Eccl. c. 5, ubi inter alia sic de eo loquitur: « Inter cetera bona quæ geni sue consulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum juxta exempla Romanorum cum consilio sapientum constituit, quæ conscripta **A**nglorum sermone hactenus habentur et observantur ab ea. In quibus primis posuit qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel ecclesiæ, vel episcopi, vel reliquorum ordinum, surto auferret, volens scilicet tuitionem eis quos et quorum doctrinam suscepserunt præstare.

b **D**e **i** **Dei peculium et Ecclesie**. De sacrilegio et surto prior legis hujus pars intelligenda est, quod nempe res, Deo, Ecclesie, etc., dicatae, si sursum auferantur, sint compensandæ. Rex **Æ**lfredus infra, lege 6, sacrilegium cum multa juxta valorem compensari, et præterea aut manum suris abscindere, aut juxta capitis astimationem hominis illius eam redimi vult. In jure civili, **P**aulus jurisconsultus, L. Sacrilegii 9, ad I. Jul., pec., lib. xliii P. tit. 15: « Sacrilegi, inquit, capite puniuntur, qui publica sacra compilaverint; at qui privata sacra aut ædicularas incusioditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. » Sacrilegi poenam monet statui debere pro qualitate personæ, proque rei conditione, et temporis, ac etatis et sexus, vel severius, vel clementius; et statim profert varias olim iudicatas poscas, aliasque sacrilegos ad bestias damnatos, alias vivos exsusos, alias surca suspensos ait. In jure canonico, qui res ecclesiasticas Deo dicatas abstulerit, infamia judicabatur, anathemate seriebatur, vel excommunicabatur. Decret. **G**regor., c. 12, q. 2. In jure Gothicæ et Scanicæ gravissima pena suribus indigitur, suspenditum neque absque defensione hominis surti accusati; sacrilegis autem nulla specialis statuatur pena. Vid. **S**tierenook de jure Sueon. et Goth. vetusto, p. 368 seq. In legibus provincialibus biderne regni Sueciæ, sacrilegus solvet episcopo multam trium marcarum pro violatione pacis ecclesiastice; pro surto autem plectetur secundum leges provinciales. In templo vel cemeterio non fruetur pace, quia contra eam deliquit. Loccen. Leg. civ. regni Sueciæ, tit. de jure eccles. cap. 48, p. 501. Apud Danos levius pena suribus determinatur, uti legitur lib. VI Juris Danici, c. 17, die Typeri, cæ-

sio virgarum, vel restitutio simplex aut duplex rei sursum ablatæ, et **B**remmerholm, hoc est, ergastulum nauticum: effractor autem ac spoliator thecae nummariae, capsæ, vel armarii in templo reperti, latronis instar, rota et palo punitur; qui autem e templo res clavibus non servatas spoliaverit, in furcam suspenditur; qui autem res viiores rapuerit, ad palum virginis cæsus, æternis et vinculis et laboribus punitur. Vid. lib. VI Juris Dan., c. 16, § 4. De sacrilegiis **T**heodoricus rex in edicto suo, cap. 126, ait: « Si quis de ecclesiis, id est, locis religiosis, homines traxerit, vel aliquid violenter crediderit auferendum, capite puniatur. » Juxta legem Friorum 12, qui sumum effregerit, et ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare, et in fabulo, quod accessus mari operiri solet, flinduntur aures ejus, et castratur, et immolatur diis quorum tempia violavit. Vid. Lindenbrog., Cod. Lt. antiq. tom. I, pag. 503. In constitutione Childeberti regis, sacrilegia a servi persona patrata centum ictibus flagellarum puniuntur. Vid. Capitul. reg. Franc. per Steph. Biliuz., tom. I, p. 7. In Capitulariis Caroli et Ludov. imp. lib. VI, c. 304, ita de sacrilegis exstat: « Si quis, in ecclesiæ earumque res irruens, sacerdotibus et ministris, vel ipso cultui locoque aliquid importet injuria, vel inferat ad divini cultus injuriam, in convictos sive confessos reos capitali sententia noverit vindicandum. » Et in Canonibus Isaaci episcopi Lingonensis, tit. 7, sacrilegi infames dicuntur, nec ad accusationem vel testimonium admitti debent. Vide Capitul. reg. Franc., tom. I, p. 1267 seq. Conf. Droconis sententiam hac de re in appendice Actor. veter., cap. 146, tom. II Capitul. Biliuz., p. 154.

* **Pax ecclesiæ**. Hoc est, si rixæ vel contentiones in ecclesia

d **M**onasterii **pax**. Quod de pace ecclesiæ diximus, idem de pace monasterii dicendum est, quod nempe juxta honorem et valorem ejus quælibet violatio pacis dupliciter compen-setur. In Constitutionibus sub **Æ**thelredo, anno 101, editis, hæc de violatione pacis monasterii statuitur lex: « Violatio pacis monasterii primarii cum rebus excusatione dignis excusetur, juxta picum regiam; hoc est, v libris secundum legem **A**nglorum, et mediocris monasterii cxx solidis, hoc est, juxta multam regis; et adhuc minoris lx solidis, et campestris ecclesiæ xxx solidis. »

II. Si rex populum suum ad se vocaverit, et ipsis quis ibi maleficerit, duplicitate compensetur, et regi solidi solvantur.

III. Si rex in alicuius domo convivetur, et ibi aliquis damni quid fecerit, duplicitate emendatione emendet.

IV. Si liber homo regi furtio quid auferat ^a, novena compensatione compensetur.

V. Si in regis villa aliquis hominem occiderit, solidis emendet ^b.

VI. Si quis hominem liberum occiderit, rex et solidos pro dominio recipiat.

in ecclesia orientur, duplex multa solvatur juxta dignitatem ecclesiae. Withredus, sub iiii. Legum pacis ecclesiastice violationem ^B solidis compensandam esse dicit. In Legibus Æthelredi violatio pacis ecclesiastice eodem modo puniebatur ac regis; et inter Australes Anglos, qui pugnaverit in ecclesia perdiebat omnia quae possidebat, et in regis arbitrio erat, utrum vitam haberet vel non: homicidium autem intra ecclesiae parietes inexpiable esse dicit. Rex Cnutus, lego 5 de pace ecclesiae, ait: « Non sunt omnes ecclesiae aequali modo terreno honore digna, licet eandem habeant ecclesiasticam consecrationem. Violatio pacis primaria ecclesiae est cadem ac compensatio rerum pro regis pace, hoc est, quinque libris secundum Anglorum leges; et in terra Cantii pro violatione pacis, quinque libris regi et tribus archiepiscopo compensatio libebat; et mediorum ecclesiae cxx solidis, et idem est pro regis multa; minoris ecclesiae lx, et campestris ecclesiae xxx solidis. Apud veteres Sueones et Gothos, iudicia et poena violationis pacis ecclesiastice duplice censuta constabant, et omnia criminis capitalia, que ad forum ecclesiasticum trahebant episcopi, non ferro et igne, sed multa pecunia vindicabantur; et nulla prorsus fuit causa in hoc foro episcopali, ex qua non aliqua pecunia legibus imperata ad episcopum rediret. Vid. Stiernhook, de jure Sueo. et Goth. vetusto, cap. ult. Hodie pacis ecclesiastice violationem apud Suecos multa trium marcarum ponitur. Vid. Loccen. Leg. Civil. Suec., p. 301. Apud Danos, scilicet coronum vel pacis ecclesiastice violatione pro ratione etatis puniebatur; juniores nempe virgines flagriaque cedebantur, adultiores in collaria compingebantur, si crimen non fuerit capitale. Vid. Jus. Danic., lib. vi, c. 5. Pax ecclesiastica apud veteres Alemannos et Francos sancta observabatur, id quod mille in locis in Capitularibus, necnon in Codice Legum antiquarum Lindembrogii asseritur. Vid. Capitular. Caroli et Ludovic. imp., lib. iv, c. 45, l. v, c. 485; Capit. Caroli regis, tit. 15; Capit. Caroli Calvi, Edit. Baluz. p. 177, et alibi passim. De pace publica tenuenda Fridericus imperator edictum statuit cum poena contra ejus violatores. Consuebat. Feud., lib. ii, tit. 27. Carolus tamen perhumane sancivit ut eorum liberi qui violatae pacis peracti imperiali banno proscripti fuerint, ad clientelares fundos rursum a patronis admittantur. Vid. Thulos. Synt. Jur. Univ., l. xxv, c. 1, 53.

^a Furtum regi factum nullam specialem in legibus antiquioribus (quantum quidem sciunt) praeter quam in hac, habet poenam. In liberi hominis furtum autem graviori poena animadverebatur quam in servi. Ita in LL. Burgund., tit. 70: « Si ingenuus et servus simul furtum fecerint, ingenios triplum solvat quantum furatum est; si tamen capitale crimen non fuerit; servus vero fustario suppicio depetur. » Imperator Hildebertus liberum hominem furti accusatum diliguisse et sacramento se defendere permittit; si autem iterata vice duo vel tres

VII. Si quis regii praefecti fabrorum aut pincerni famulos occiderit, moderatam multam ordinariam (« leodgilde) solvat.

VIII. Regis patrocinium violatum ^d et solidis compensetur.

IX. Si liber homo a libero quid furetur, tripliciter emendet, et rex habeat multam, et omnia ejus bona.

X. Si quis cum regis ancilla virgine ^e concubuerit, solidis emendet.

XI. Si ea molens serva sit, xxv solidis emendet, si ea tertiae sortis, xii solidis.

XII. Regis obscuratrix xx solidis compensetur.

eam furti accusent, liceat ei contra unum ex his cum scuto et fuste contendere. Vid. Leg. Longobard., lib. i, tit. 25, leg. 76.

^b Nempe pro violatione pacis regiae, quae juxta pacem Dei sancta apud Anglo-Saxones fuit. Vid. Fœd. Edo. et Guhr., Leges Æthelredi et Cauu. Pro homicidio autem alia pena insuper statuiebatur. Idem hoc in lege seq. 6 observatur.

^c Leodgilde multam ordinariam significat, quod nempe in homicidio famulorum pincernarum regii aut praefecti fabrorum eadem poena statuater, quia aliorum servorum vita compensatur, iusta gere, id est, capitnis estimationem cuiuslibet. Ratio hæc est, quod famuli illi non sub regis, sed ministrorum regis patrocinio sint.

^d Sensus legis hujus est, quod si quis aliquem sub protectione regis, seu hominem sui juris aut privatum male tractaverit, solvat regi et solidos pro contemptu privilegii, quod ab omnibus pro sacro haberi debet.

^e In hac et sequentibus legibus multa pro fornicatione cum ancillis regis et nobilibus assignatur. Ælfredus infra, lego 29, praeter compensationem pecuniariam, si consensus patris adsit, virum feminam in uxorem ducere iubet. Apud veteres Sueones mulier fornicatrix semper infamis habebatur, nisi nupserit ei quocum rem habuit: pecunaria poena solis viris imponebatur pro ratione temporum varia, et qualis est in jure Ulandico, quoniam notam censure ecclesiastice vix effugiat, quod ex frequentia illiciti concubitus minnatur culpi, tollatur poena. Pro pueris enim prima vice quatuor cum dimidia, pro viuda tres marcas debentur; altera vero vice pro eadem tres, pro viuda sesquialtera; posthac nulla debetur. Frisiones, veteres Gothi in Hispania, fornicatrices flagellatas provincia vel civitate ejiciebant, et si redissent, aliqui pauperi in perpetuam servitatem addicebant. Hodie sex marcas apud Suecos pro illicito concubitu solvuntur episcopo vel episcopi jurisdictione fungenti. Vid. Loccen., Jur., Suec. civil., p. 291. Apud Danos, qui feminam vitiaverit, reos domino suo duodecim, et rea sex argenti ureas pendit, culpamque ambo publica expiant absolutione. Si quis in aula regis feminæ aut virginis sua primum intulerit, duobus digitis plectitur. Quod si feminæ huic commissæ sint claves quibus cerevisia, cibis, vestes, nummi, aliæve res in custodia in claudenda servantur, stuprator ejusmodi conservasus, manifesti instar sur. animadversione evenerit. Vid. Jus. Danic., lib. vi, c. 13. Apud Bajuvarios Theodorici regis lex existat, tit. 7, lege 13: « Si quis cum ancilla virgine concubuerit, cum quatuor solidis componat. » Apud Longobardos rex Rotharius constituit legem, ut si quis cum ancilla gentili fornicatus fuerit, componat domino ejus xx solidos, et si cum Romana, solidos duodecim. Vid. Cod. legum antiq.; Lindenbr., tom. I, pag. 416 et 579. Vid. lib. xlviij, § ad legem Julian. de adulteris, et Cod. lib. ix, tit. 9.

- XIII. Si quis in comitis villa aliquem occiderit, ^A totam multam ordinariam compenset.
in solidis compenset ^a.
- XIV. Si cum comitis pocillatrice quis concubuerit, ^B
xii solidis compenset.
- XV. Plebeii patrocinium violatum vi solidis
emendetur.
- XVI. Si cum plebeii pocillatrice quis concubuerit,
vi solidis emendet, pro alia serva et scattas, pro
tertiae sortis xxx scattas solvat.
- XVII. Si quis in domum alicuius primus ingre-
dierit, vi solidis emendet; qui secundus ingredie-
tur, iii solidis, deinde unusquisque solidu ^b.
- XVIII. Si quis aliquibus arma accommodet et ubi
risa est, et nihil mali patretur, vi solidis com-
penset.
- XIX. Si latrdefinium factum sit, vi solidis emen-
det.
- XX. Si quis autem aliquem occiderit, xx solidis
emendet.
- XXI. Si quis aliquem occiderit, moderatam mul-
tam ordinariam c solidos compenset.
- XXII. Si quis aliquem occiderit ad apertum se-
pulcrum, xx solidos compenset, et intra xl dies
- ^c Scilicet pro pace violata in territorio comitis;
pro homicidio tamen juxta aestimationem capitis
alia multa compensanda est.
- ^d Non exprimit legislator maleficium quod quis
domum alterius ingrediens peditari dicendus est;
fortificationem esse leges praecedentes suadent.
- ^e Alfredus auctorem damni et dominum armorum
equali poena dignos esse ait; si autem dominus ar-
morum fidem facere voluerit, quod in mutatione
corribus nihil fraudis sciverit, culpa caret. Vid. LL.
Alf., c. 19. Cnutus, lego 73, compensationem damni
per arma alterius ad fores posita illati, assignat ei
qui arma traxavit, postquam nempe dominus armorum
se purgaverit, dannum se inscio et nolente fa-
ctum esse. Vide quae Henricus I, infra, cap. 87, habet
de delicto ex armis accommodatis. Apud Sueones ve-
teres juxta jus Westgothicum eodem modo homicidi-
a ex præstatione teli alterius facta, ac voluntaria,
paniebantur; imo dominus teli aliqua multa plecite-
batur, quia in parte infelicitatis ipsius numerabatur
habuisse aliiquid, quo homo periret. Vid. Stiernb.,
de Jure Sueo, v. 1. v. 1. Et hodie apud Suecos
commodarius non solum ex dolo et malo proposito,
sed etiam ex culpa per incuriam et negligientiam
commissa est obstrictus. Vid. Læcen., Syn. Jur.
publ. Suec., p. 353. Apud Danos haec exstat lex: « Si
quis alteri cum altero rixanti arma sua, gladium,
cultrum, sudem, baculum, aut id genus aliud, quod
incertius esse potest, trahit, commodaverit, haud
ignarus accipientem eis alienam ad perniciem certo
abusorum fore, ejus rei convictus commodator, si
quæ evenerit laesio, dimidio minorem quam qui al-
terum armis sibi subministrat laesit multam pen-
ditio. » Vid. Jur. Danic lib. vi, c. 10. Lex Longo-
bardorum est: « Si quis alii arma sua sim-
pliciter præstiterit, et ille qui acceperit aliquod
malum cum ipsis fecerit, non reputetur illi culpa qui
præstiterit, sed ei qui malum cum eis perpetraverit.
Et e contrario, si ille qui præstiterit consensum ad
malum faciendum adhibuit, collega sit illi ad ipsum
malum sanandum. » Vid Cod. II. antiq., Lindenbr.,
tom. I, pag. 550.
- ^a Agene scæte, proprio sensu, veram cuiuslibet
capitis aestimationem denotat.
- ^b Adulterium Cnuus rex, lego 47, per hoc quod
factum est emendare vult; scilicet uti lege seq.
- XXIII. Si homicida patria exierit, cognati ejus
medium ordinariam multam solvant.
- XXIV. Si quis ingenuum hominem vinxerit, xx
solidos compenset.
- XXV. Si quis plebeii convictorem occiderit, vi so-
lidis emendet.
- XXVI. Si hospes autem occiderit primarium con-
victorem, lxxx solidis emendet.
- XXVII. Si autem secundum occiderit, lx solidis
compenset, tertium autem xl solidis compenset.
- XXVIII. Si liber homo septi violationem fecerit,
vi solidis emendet.
- XXIX. Si quis rem intus servatam abstulerit, is
triplici compensatione emendet.
- XXX. Si liber homo septum superaverit, iv solidis
emendet.
- XXXI. Si quis aliquem occiderit, proprio sensu
(^d agene scæte) et proba pecunia quemlibet compenset.
- XXXII. Si liber homo cum liberi hominis uxori
concubuerit, ejus capitale redimatur, et aliam uxo-
rem propria pecunia mercetur, et illi alteri eam
adducatur.
- C explicat, si marito vivo uxori cum alio concubuerit,
sit ipsa in posterum infamia mundi, et habeat verus
maritus omnia quæ possidebat, ac perdat illa utrum-
que tam nasum quam aures. Guilielmus Conqueror,
lege 14, adulterium per capitum aestimationem com-
pensari vult. Leges veterum Gothorum in Hispania
uxorem cum adultero comprehensam e vestigio in-
terflicere permittunt viro, idem etiam uxori maritum
cum alia reprehendenti permittunt. Jus Norwegicum
et Islandicum non tantum hoc in propria uxore admit-
unt, sed etiam in matre, sorore, filia, fratri uxore,
quasi dederus familiæ ab eo esset vindicandum. Go-
thorum vero Hispaniem, et Burgundionum leges,
præcise utrumque neci dari volunt, vel neutrum. De
jure Scanico accusatus adulterii ad ferrum candens
provocare debuit, et si causa caderet, vir in exsilium,
semina a toro diuissa fuit. Gothi Suecici vitæ
seminarum in omnibus criminibus parcentes, igno-
miniam vel aliquam corporis inficiavam pecuniam
statuebant pro adulterio. Jus Westmannicum adultere
aut aures aut nasum præscindi jubet. Jus Uplandi-
cum auctore magno Lædalasio simul et aures et
nasum et capillo ausert. Jus Suecicum municipale
viro uxorem in adultero reprehendente jubet doce
spolare, et tradit illi potest. item vitæ ejus; si multa
autem contentus maritus, jus adulterum et adulter-
ram sigillatum xl marcis multat; si autem adulter
non sit solendo multata, lapides publici sive civita-
tis, Stadzena Stena, scapulis adultera imponuntur,
et suniculus ad genitale adulteri membrum astrin-
gitur, quo sic onerata fessoreum suum publice per
oppidum circumducere. Hec autem lex obsoleta
hodie non viget; sed adultera tantum privator dote
et bonis omnibus. Vid. Stiernhook et Læcen. libris
supra citatis. Apud Danos adulteri et adultera omni-
bus fortunis ac pecuniis multantur, iterum peccan-
tes regione ejiciuntur, tertium cum conjugii fidein
frangunt, moechus quidem capite plectitur, moechus
vero aquis immersa suffocatur. Vid. Jur. Danic., lib.
vi, c. 23, § 24. Juxta leges Wisigothorum, qui adul-
terum cum adultera occiderit, non habetur pro ho-
micina, lib. iii, tit. 4, de adulteriis. Servi autem et
ancilla centenis vel ducentis flagellis toties quoties
sunt cædendi, vel torquendi, ut veritas et certus
possit inventari et inducatur agnoscere. Theodoricus
rex, in edicto, hominem cum vidua adulterium

XXXIII. Si quis dextrum scutum lancea transpus- A
xerit, valore suo illud compenset ^a.

XXXIV. Si comæ prehensio fiat, et scætæ ad
emendationem solvantur.

XXXV. Si os appareat, iii solidis compenset.

XXXVI. Si os lœdatur, iv solidis compenset.

XXXVII. Si id penitus ipsi rumpatur, x solidis
compenset.

XXXVIII. Si utrumque fiat, xx solidis compenset.

XXXIX. Si humerus claudicans reddatur, xx so-
lidis compenset.

XL. Si altera auris nihil audit, xxv solidis com-
penset.

XLI. Si auris abscindatur, xii solidis emendetur.

XLII. Si anris perforetur, iii solidis compenset.

XLIII. Si auris attondeatur, vi solidis emendetur.

XLIV. Si oculus excutiatur, L solidis compenset.

XLV. Si os aut oculus damno afficiatur, xx so-
lidis emendetur.

XLVI. Si nasus perforetur, ix solidis emendetur.

XLVII. Si sit una membrana, iii solidis compen-
set.

XLVIII. Si ambe perforatae sint, vi solidis emen-
detur.

XLIX. Si nares singulæ attondeantur, unaquæque
vi solidis emendetur.

committentem flammis ultricibus exuri vult, lege 61. Apud Longobardos ab hereditate excludebantur liberi in adulterio nati, lib. I, tit. 32, leg. 3. Vid. legem Salicam de adulteris ancillarum, tit. 27. In Capitular. Caroli et Ludovici imp., lib. vi, § 525, capituli poena multantur adulteria. Vid. lib. vii, § 298. Jure civili, legis Juliae poena erat ultimum supplicium, I. Quaenam, 30, § fin. C. ad legem Jul., de adult. § Item lex Julia, de adulteriis, de public. judic., apud Justin., quo tempore legem tulit Octavius Caesar, Julii nomine, leg. 1 et 2, ad legem Julianam de adult., in P. Tranquillo in Augusto. Succedentibus temporibus licuit, iuro Romano, marito deprehensum adulterum in domo sua cum uxore in ipso aciu, hominem tamen et viem personam, occidere. L. Marito, et I. Si adulterium, § Imperatores ad leg. Jul., de adult., in P. I. Gracchus, 4. C. eodem, lib. m, § Si maritus ad Sylla, in P. Iure Novellorum lenior est poena mulierum, tempe detrusio in monasterium. Authent. Sed hodie, ad legem Jul., de adult. c., § Si vero quando, ut nulli ju. lic. hab. lo. ser. in authent. coll. 9, tit. 9. Item abscissio nasi poena statutor adulterii. Novell. in Constit. Leo. Casa. Const. 32. Pontificio jure non ita grave scelus ducitur adulterium pati, ac uxorem occidere. C. si quod verus, 33, q. 2, ubi ratimes. Sicutque in loro conscientiae non licet occidere adulterum, aut uxorem adulteram marito; can. Inter haec, juncta glo., et can. Admonere, 55, q. 2; quia soli iudici licet occidere, seu principi, qui habet gladii potestatem.

In sequentibus xxxix legibus vulnerum variorum compensatio astruitur, que maximum partem in Alfredi lege 40, et Guil. Conquest. 12 et 15, continetur. Apud Wisigothos haec membrorum amputatorum vel mutilatorum multa olim obtinuit. Si manus amputetur, ix marcas pro vulnero et iii marcas pro mutilatione solvebantur. Pro digitis manus et pedis singulis ix marcas pro vulnero, pro mutilatione autem pollicis xii solidi, digiti proximi vi solidi, longissimi digiti dimidia marcas, hinc proximi ii solidi, minimi unus solidus, solvebantur. Nisi amputatio ix marcas pro vulnero, et iii pro mutilatione compensabatur.

I. Si perforentur, vi solidis emendetur.

II. Qui menti os absciderit, xx solidis compenset.

III. Pro quatuor dentibus prioribus, pro singulis vi solidi; pro dente qui tunc proximus est, iv solidi; pro eo qui tunc juxta stat, iii solidi, et deinceps pro singulis solidus; si elocutio deterior fiat, xii solidi; si maxilla fracta fuerit, vi solidi compen-
satur.

IV. Qui brachium perlundit, vi solidis compen-
satur. Si brachium fractum fuerit, vi solidis emendo-
tetur.

V. Si pollex abscindatur, xx solidis; si pollicis unguis abscindatur, iii solidis emendetur; si quis in-
dicem digitum absciderit, viii solidis compenset
si quis medium digitum absciderit, iv solidis com-
penset; si quis digitum annularem absciderit, vi so-
lidis compenset; si quis autem minimum digitum absciderit, xi solidis compenset.

VI. Pro unguibus singulis solidus compensetur.

VII. Pro minimo nævo iii solidi, et pro majori-
bus vi solidi.

VIII. Si plaga sit, solido; si elata manu plagam
exceperit, solido compenset.

IX. Si plaga nigra sit extra vestes, xxx scætis
Eodem modo oculus, capilli et dentes compensantur.
Si quis castrabatur, ix marcas pro vulneratione,
et totidem pro mutilatione solvebantur. Vide le-
ges W. Gothicæ, edit. Ol. Rudbeckii p. 44 seq. Lex
civilis Suec. hodierna, in compensatione amputatio-
nis digitorum manus et pedis parum differt a legi-
bus W. Gothicæ. Vid. Loccœ. in Legibus civil. Scœ-
ciæ, pag. 253 seq., et Legibus provinc., p. 310.
Vulnus in cute, pectori vel brachio, in lumbis, vel
crure, xx marcis juxta Jus Sueicum compensantur.
Dentes quatuor anteriores superius vel inferius vi
marcis compensantur pro mutilatione, et ix marcis
pro vulnero. Vid. Loccen. Legg. civiles et provinc.,
tit. 13, de vulner. volunt. Apud Danos, si quis alteri
nasum, aurem, linguam, inanum, pedem, digitum
aut alia id genus membra præscindat, vel amputet,
oculum excutiat vel effodiat, æternis in ergastulo
(quod Hafnia est) nautico vinculis aut exilio mul-
tatus, bona quæ ipsius sunt omnia inter haesum ac
dominum suum æqualiter partienda amittat. Vid.
Jus. Danic., lib. vi et vii. In constitutionib. Sicilis,
si quis cum armis prohibitis (gladio, scilicet, lancea
vel scuto) aliquem percusserit, ut minime moriar,
percussor manum, cum qua percussit, amittat. Vid.
Cod. LL. antiqu., t. I, p. 706. Apud Longobardos
oculus medio pretii pro homicidio componitur, au-
ris ii solidis, labrum vi solidis, anteriores dentes
singuli iv solidis, brachium vi solidis, manus me-
dio pretii ipsius, pollex manus viii solidis, pedis iv,
secundus digitus manus vi solidis, pedis ii, ter-
tius digitus manus et pedis iii solidis, quartus
digitus manus ii solidis, pedis uno, quintus di-
gitus manus iv, pedis uno solo componitur. Vide
plura de plagarum et vulnerum speciebus carmine
penis apud Longobardos, lib. I LL. Longobard.,
t. I Cod. LL. antiqu., Lindenbr., p. 522 seqq. Vide de
vulnerum compensatione Leges Burgundionum, tit. II
et 48; Legem Salicam, tit. 19; Leg. Alamannorum,
tit. 59, 65; Baiuvariorum, tit. 3, c. 1; Ripuariorum,
tit. 1, 2 seqq.; Frisonum, tit. 22; ubi poena ac molte
non multum ab his quas enumeravimus, diverse
continetur pro mutilatione, abscissione, et fractione
membrorum corporis.

emendet; si sit intra vestes, quælibet xx scætis **A** bilis familie l solidis emendetur; secundarie xx solidis; tertiae xii solidis; quartæ vi solidis.

LX. Si diaphragma vulneretur, xii solidis compenset; si perforetur, xx solidis emendet.

LXI. Si quis claudicans reddatur, xxx solidis emendetur.

LXII. Si callum quis vulneraverit, iii solidis emendet.

LXIII. Si cui genitale membrum abscindatur, tripli mulctæ ordinaria illud compensetur; si pertusum sit, vi solidis emendet; si quis inciderit, vi solidis compenset.

LXIV. Si femur ruptum fuerit, xii solidis compensetur; si is claudus fiat, ibi amici judicare debent.

LXV. Si costa rumpatur, iii solidis compenset.

LXVI. Si femur quis transpuncterit, quælibet in cincio vi solidis compensetur; si supra pollicem penetrat, solido; pro duobus pollicibus duo, supra tres in solidi solvantur.

LXVII. Si vertebra vulneretur, iii solidis emendet.

LXVIII. Si pes amputetur, l solidis compensetur.

LXIX. Si major digitus pedis amputetur, x solidis compensetur.

LXX. Pro aliis digitis pedis singulis dimidium pretii, sicuti de digitis manus dictum est, solvatur.

LXXI. Si majoris digitus pedis unguis amputetur, xxx scætis ad emendationem, pro cæteris singulis x scætis compensentur.

LXXII. Si libera femina capillata a inbonesti quid fecerit, xxx solidis emendet.

LXXIII. Virginis compensatio sit ut liberi hominis.

LXXIV. Patrocinium violatum potioris viduæ no-

a Capillata. Magna semper apud Saxones capillorum fuit veneratio, uti ex Gregor. Turon., I. v Hist., c. 15, et Paulo Diacono, de Gestis Longob., lib. iii, c. 7. Unde supra, Irge 54, prehensio comæ inter damna vel vulnera censematur, et quinquaginta scætis compensabatur. Hic per feminam capillatam, pro more Longobardorum, virginem intelligendam esse credo, uti ex stat lib. II L. Longob., tit. 20: « Si quis Longobardus se vivente alias suas nuptui tradiderit, et alias post mortem in capillo in casa reliquerit, iuxta omnes æqualiter in ejus substantia heredes succedere debent, tanquam filii legitimi masculini. » Vide et tit. seq., 22. Diceneus Burgoista

A bilis familie l solidis emendetur; secundarie xx solidis; tertiae xii solidis; quartæ vi solidis.

LXXV. Si quis viduam non sui juris duxerit, bis compenset patrocinium violatum.

LXXVI. Si vir virginem mercetur pretio, empta sit, si sine dolo factum sit; si autem dolus subest, postea dominum reducatur, et illi peculium xxvi redatur.

LXXVII. Si ipsa vivum fetum pepererit, mediatem bonorum habeat, si vir ante moriatur.

LXXVIII. Si cum liberis recedere velit, dimidium facultatum habeat.

LXXIX. Si maritus habere velit liberos, sint ipsi sicuti unus liberorum.

B bona habeant, ipsa alimenta, et dotem.

LXXXI. Si quis virginem per vim cepirit, possessori l solidos det, et postea secundum possessoris voluntatem eam redimat.

LXXXII. Si ea alteri in pretio desparsata sit, xx solidis compenset.

LXXXIII. Si gravida fuerit, xxxv solidos, et regi xv solidos solvat.

LXXXIV. Si quis cum servi uxore concubuerit, vivo marito, bis emendet.

LXXXV. Si servus alterum occiderit innocentem, omnibus facultatibus compenset.

LXXXVI. Si servi oculus et pes excutiatur, omni valore compensetur.

LXXXVII. Si quis servum alicujus vinxerit, vi solidis emendet.

LXXXVIII. Servi latrocinium sit in solidi b.

LXXXIX. Si servus furetur, dupli emendatione compenset.

ad Gothos advenientes, sacerdotes pileatos vocavit, reliquam vero gentem capillatos dicere jussit, quod non en Gothi pro magno suscipientes adhuc hodie suis cantionibus remiuiscuntur. Vid. Jornand., de Rebus Geticis, c. 11, et Spelm., in Glossar., voce *Capilli*. Capillus ingenuitatis signum erat; hinc in legibus Burgund., tit. 6, § 4, capillum servo facere significat capillum ei alere, ut ingenuus videntur; toudere autem invito capillum inter crimina numeratur.

b Intelligenda est lex haec de latrociniis in servum commissio, quod illud tribus solidis sit compensandum.